Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8140
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pascitur. dum Christus corpore vescitur. Ipse namque piscis dicitur [illegible] sicut in euangelio
legitur. Dum homines ab illo exigerent censum. cui angeli devotum impen
dunt obsequium. iussit Petrum hamum in mari mittere et de ore piscis qui primus
ascenderet aureum didragma tollere pro se et pro semetipso censum solvere.
Piscis hic erat Christus qui in undis huius seculi latuit. qui didragma in ore ha
buit. quia geminam legem divinis factis splendentem protulit. Hic
hamo divini consilii est captus in igne passionis nobis ad esum assus.
Didragma per Christum ex parte petri census datur dum utraque lex vel gemina dilectio
ad Christi et ecclesie honorem a fidelibus completur. Populus dei VII. panibus reficitur
et decem preceptis instruitur. populus autem pharaonis VII. capitibus draco
nis captivatur et decem plagis devastatur. Prima plaga convertit in
sanguinem aqua. Aqua in sanguinem commutatur dum baptisma
vel sacra scriptura illis in peccatum reputatur qui baptisma per immundi
tie opera coinquinant ac sacram scripturam ad suos errores corrobo
randos depravant. Secunda plaga operuit terram rana. Ranarum loqua
citas est poetarum garrulitas. Per quorum fabulas miseri decipiuntur
dum in desideriis suis eas sequuntur. Tercia plaga sciniphes igni
tis stimulis terebrabant corpora. Hoc sunt heretici qui nocivis ar
gumentis simplices circumveniunt. mentes eorum perfidia terebran
tes. ad eternum ignis stimulos deducunt. Quarta plaga venit mus
carum molestia. et sunt importuni insclari eloquentia. qui carnes alter
utrum per avaritiam lacerant. et importune callidis verbis alios in
petunt. ut bona eorum auferant. Quinta plaga est pestilentia
perimens animalia. Est autem feda libido irrationabiliter viven
tes interimens. atque in turpitudine putrefactos demonibus
quasi canibus lacerandos exponens. Sexta plaga producuntur
vesice fervientes et ulcera. Ulcera sunt dolositates maliciosorum
vesice inflationes superborum. Hi malos excruciant et mori
bus suis fedantes quasi peste deturpant. Septima plaga